



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1551. usque ad annum 1553

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 90118561

§. 99. Metensis Urbs a Carolo V. obsessa.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66577](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66577)

Galliarum Rex cum Cæsarem victri-
 cibus armis suis propius accedere intel-
 ligeret, haud obscure percipiebat, il-
 lum non alio ex fine per Lotharingiam
 erupisse, nisi ut Metensem, Tullensem,
 ac Virodunensem urbes, quas Rex ab
 Imperii dominio abstraxerat, recupe-
 raret: eapropter Henricus II. ineunte
 jam Mense Octobri Cataphractas Lo-
 tharingiæ Ducis, Guisii ac Principis de
 Rupe ad jonem, centurias unacum tri-
 bus levioris armaturæ equitum, ac o-
 cto peditum vexillis Metin præmisit:
 ne vero hæ copiæ ante hostis adven-
 tum jamjam annonam consumerent,
 Guisius Dux hos milites extra urbem
 castra metari, atque adventantis com-
 meatus, bellicique apparatus plaustra
 comitari jubebat. Ceterum jamjam ob-
 sidioni præludebatur quibusdam velita-
 tionibus Cæsareas Albæ Ducis copias
 inter ac Galliarum Regis præfidiarios,
 ubi tamen Albæ Dux suorum jacturam,
 quam subinde patiebatur, paulo post
 tam dextre vindicabat, ut abs dubio
 Gallis exitium impendisset, si Cæsar
 tanta, qua sperabatur, celeritate præsto
 esse potuisset.

§. XCIX.

Metensis urbs a Carolo V. obsessa.

Hist. Eccles. Tom. XLI.

E e Ve-

Sæcul. XVI.
 A. C. 1552.

Sæcul. XVI.
A.C. 1552.

Sleid. comm.
l. 24. p. 909.
relat. de
Siege de
Metz par
Salignac
Daniel hist.
de France
tom. 6. p. 44.

Verum Carolus Imperator nonnisi vigesima secunda Octobris die Metensi obsidioni initium dare poterat, hac autem mora Guisio Duci opportunum relinquebat spatium, ut hanc æque, ac Nancejensem urbem necessario apparatu instruere, plurimosque Proceres, qui ad earum defensionem accederent, illis imponere posset. Eo tempore Albertus Marchio Brandenburgicus, qui adhucdum Gallis fœdere junctus erat, prope Pontem - Mussanum cum quinquaginta peditum centuriis, ac numero Equitatu castra metabatur, ubi vero Cæsarem appropinquare noverat, mox mutata animi sententia clam cum illo pacifcebat, ac die quarta Novembris ad Cæsaris castra ante urbis Metensis muros posita veniebat. Aumalius Dux cum Albertum ad Cæsarem defecisse perciperet, mox cum suo agmine accurrerat, vel ut Albertum captum abstraheret, vel saltem ejusdem exercitum Cæsareis jungere præpediret: verum sinistra fortuna usus disjectis, inque fugam actis copiis suis ab Alberto profugatus, captusque fuit.

S. C.

*Cæsar obsidionem ignominiose solvere
coactus.*

Ita.